Property of the Catholic Archdiocese of San Antonio Archives

Ego infrascriptus Rector Sancti Philippi Neri Seminarii, Amplitudini Tuae, qua par est reverentia, quod sequitur expono:

Hoc in Seminario pro mexicanis instituto commorantur D. Antonius Sánchez, Cler. Gundisalvus Balmes, Min. Macarius Palma, Joseph Moreno, Hadrianus Cerón, Sub-diac. Joannes Arjona, Franciscus Novelo, Ludovicus Marín et Diac. Emmanuel Carriedo ex diversis mexicanis diocesibus oriundi, quos ad Primam Tonsuram, Quatuor Ordines Minores, Subdiaconatum Diaconatum et Presbyteratum sui Ordinarii promoveri in Domino existimarunt.

Etiam Cler. Gundisalvus Balmes ad Subdiaconatum Min. Macarius Palma, Hadrianus Cerón et Joseph Moreno ad Diaconatum promovendi sunt et postremus hic etiam ad Sacrum Ordinem Presbyteratus.

Quapropter reverenter Amplitudinem Tuam rogo ut ad me mittere digneris litteras testimoniales quae de iure requiruntur, cum Seminarium de quo supra in tua Dioecesi situm sit.

Pro qua gratia etc.

Apud Castroville, die 9 septembris anni 1917.

Emmanuel Reynoso.
Rector

ST. PHILIP NERI SEMINARY
CASTROVILLE, TEX.

AD ILLMUM. ET RMUM.
D.D. JOANNEM GULLIELMUM SHAW
EPISCOPUM SANCTI ANTONII.